Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



CCC·xlvij·

357

eam discipulus in suam. Postea sciens ihc quia iam omia consumata sunt ut
consumaretur scriptura dicit. Sitio. Vas ergo positum erat aceto plenum.
Illi autem sponsiam plenam aceto ysopo circumponentes obtulerunt
ori eius. Cum ergo accepisset ihc acetum dixit. Consummatum est. Et in
clinato capite tradidit spm. ✠ Judei ergo qm parasceue erat ut ne
remanerent in cruce corpa sabbo erat autem magnus dies ille sabbati rogauerunt
pylatum ut frangerentur eorum crura et tollerentur. Venerunt ergo milites
et primum quidem fregerunt crura et alterius qui crucifixus est cum eo. Ad ihm
autem cum venissent ut viderunt eum iam mortuum non fregerunt eius crura
sed unus militum lancea latus eius aperuit. Et continuo exiuit sanguis
et aqua. Et qui vidit testiom phibuit et verum est eius testiom. Et ille
scit quia uera dicit ut et uos credatis. Facta sunt enim hec ut scriptura im
pleretur. Os non comminuetis ex eo. Et itm alia scriptura dicit. Vi
debunt in quem transfixerunt. P Ost hec autem rogauit py
latum ioseph ab arimathia eo quod esset discipulus ihu occultus ab
timore meum iudeorum ut tolleret corpus ihu. Et primo sit pylatus. Venit
ergo et tulit corpus ihu. Venit autem et nicodemus qui venerat ad ihm
nocte primo ferens mixturam mirre et aloes quasi libras centum.
Acceperunt ergo corpus ihu et ligauerunt illud linteis cum aromatibus
sicut mos est iudeis sepelire. Erat autem in loco ubi crucifixus est
hortus et in horto monumentum nouum in quo non dum quisquam positus erat.
Ibi ergo propter parasceuen iudeorum quia uicina erat monumentum posuerunt
eum.

Hac passione peracta mox sequntur sequentes ordes sollempnes.

Oremus dilectissimi nobis peccata sancta di ut eam ds et dns
nr pacificare et custodire dignetur toto orbe terrarum subiectis
ei principatus et potestates detque nobis quietam et tranquillam uitam
desenubus sublimare dm prem omnipotem. Orem. Flectamus genua. Leuate